



## BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

# Obispado de Astorga.

---

SUMARIO.—Salida de S. E. I. para Sevilla, con motivo del tercer Congreso católico nacional.—Circular de S. E. concediendo prórroga de licencias ministeriales, pág. 402.—Secretaría: Circular sobre robos sacrílegos, pág. 402.—Id. de la Nunciatura Apostólica, pág. 403.—Noticia sobre el Congreso católico de Sevilla.—Apertura del curso académico de 1892-93.—Advertencia, pág. 404.—Decreto de la Sagrada Congregación del Concilio, pág. 405.—Resolución de id. sobre oposiciones á curatos, pág. 409.—Resolución de la S. C. de Ritos sobre los ornamentos de color azul en las festividades de la Inmaculada Concepción, pág. 415.—Anuncios, pág. 416.

---

## OBISPADO DE ASTORGA.

---

El martes 11 del actual saldremos, Dios mediante, con dirección á Sevilla para asistir al tercer Congreso católico nacional. Elevemos al Cielo nuestras plegarias, en unión de las de todo el Clero de nuestra Diócesis, para que este Congreso sea como los anteriores, fecundo en beneficios resultados para el bien de la Iglesia Universal.

Durante nuestra ausencia queda encargado del Gobierno eclesiástico, el Canónigo Sr. D. Francisco Marsal, has-

ta que regrese el Sr. Provisor de la Diócesis, que también se halla ausente.

Astorga 10 de Octubre de 1892.

✠ *EL OBISPO.*

---

**CIRCULAR.**

---

Los Sres. Sacerdotes de esta Diócesis á quienes hubieren terminado las licencias ministeriales con posterioridad al último Sínodo celebrado en 1.º de Septiembre próximo pasado, las considerarán prorrogadas hasta el primer Sínodo de 1893, que se anunciará oportunamente en el BOLETÍN ECLESIAÍSTICO.

Astorga, 8 de Octubre de 1892.

✠ *El Obispo.*

---

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE ASTORGA.

---

**CIRCULAR**

---

Profundamente conmovido S. E. I. el Obispo mi señor, por la escandalosa repetición de los robos sacrílegos en estos últimos meses en la cuenca del religioso Bierzo, donde han sido robadas la Iglesia de Magaz de Abajo el 30 de Septiembre, y la de Molinaseca el 8 del actual, llevando los ladrones los copones, cálices y otras alhajas de plata de ambas Iglesias; dirigió S. E. el 10 de este mes una sentida comunicación al Sr. Gobernador Civil de la Provincia, suplicándole se dignase dar las órdenes y tomar las medidas oportunas para que no se repitan he-

chos tan execrables y se dé á los ladrones el merecido castigo.

A la vez S. E. me ordenó que suplicase á todos los Sres. encargados de Parroquia, que pongan sumo cuidado en la guarda de la Iglesia; que coloquen los objetos de valor en lugar seguro; que si lo que Dios no permita hubiese algún robo en las Iglesias de su cargo, den cuenta inmediatamente á las Autoridades eclesiástica y civil; y que por último, celebren algún *acto de desagravios* en el que pueden, pues están facultados para ello, exponer á su Divina Majestad.

Astorga, 11 de Octubre de 1892.—*Francisco Marsal*,  
Secretario.

---

## NUNCIATURA APOSTÓLICA

### Circular.

Madrid 15 de Septiembre de 1892.

*Excmo. Sr. Obispo de Astorga.*

Muy Sr. mío y Hermano de mi consideración respetuosa: El Padre Santo, según me comunica el Eminentísimo Sr. Cardenal Prefecto de la S. C. de Obispos y Regulares, en atención á que duran aún las circunstancias que motivaron la Circular de dicha Congregación, que empieza *Peculiaribus inspectis*, de 10 de Diciembre de 1858, ha tenido á bien prorrogar por otro trienio, que empieza á correr en 18 del actual, las facultades extraordinarias por aquella concedidas á los Prelados de España sobre los Regulares exclaustrados de sus Conventos y los

Monasterios de Religiosas de filiación regular, entendiéndose que los Prelados han de hacer uso de esas facultades según el tenor y forma que marca la Circular indicada.

Es lo que tengo el gusto de participar á V. E. al propio tiempo que me repito su muy atento seguro servidor y Hermano afectísimo Q. B. S. M.— † *A. Arzobispo de Nacianzo, N. A.*

---

El 3.<sup>er</sup> Congreso católico nacional se celebrará, como ya es sabido por todos, en Sevilla, y dará principio el 18 del mes actual. Se inaugurará con una Misa solemne en la Iglesia de la Magdalena, en la que comulgarán los Congresistas. Se celebrarán sesiones públicas los días 18, 19, 20 y 21. Terminará el 23 con funciones religiosas.

---

El sábado 1.<sup>o</sup> de Octubre tuvo lugar la solemne apertura del curso académico de 1892-93. Celebró el santo Sacrificio de la Misa el M. I. Sr. Rector. La oración inaugural, estuvo á cargo del Profesor D. Francisco González, y terminada ésta el Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo, que presidía el acto, declaró abierto el curso, y dirigió breves y saludables exhortaciones á los alumnos de su amado Seminario. Quiera Dios que se termine el curso tan felizmente como se ha empezado.

---

### *ADVERTENCIA.*

---

Llamamos la atención de los Párrocos y encargados de la cura de almas, sobre la circular de S. E. I. que se les reparte en hoja suelta con este número del BOLETÍN de la Diócesis.

---

## DECRETUM S. CONGREGATIONIS CONCILII

COMPOSTELLANA

### CONCURSUS

Die 5 Martii 1892.

Archiepiscopus S. Jacobi de Compostella de conformitate praxis inibi vigentis in parœciarum provisione legibus Tridentinis aliquantulum anceps, iudicium, quod omne dubium removere valeat, exquirere satagit. Exposuit itaque: «*In mente se habere Concursum ad parochias vacantes in hac Archidiœcesi propediem indicere, et ad effectum perducere secundum Sacros Canones, et disciplinam pro Hispania stabilitam.*» Juxta vero hanc disciplinam, «*Episcopi indicunt concursum publicum et generalem, ut provideant simul pluribus parochiis, non solum vacantibus, sed vacaturis: nam ex concurrentibus approbatis proponunt Regio Patrono terniones; deinde capta possessione a propositis, novi proponuntur terniones ad parochias, quæ proveniunt vacantes, ex primis ternionibus (primeras propuestas), vel quæ morte aut alia de causa canonica interim vacaverunt. Et adhuc successive fiunt alii terniones (terceras propuestas).*»

Hujusmodi autem agendi rationem inniti memorat art. 26 Concordati inter R. P. Pium IX s. m. ac Hispaniarum Regnam anno 1851 initi, qui ita se habet: «*Parochiis omnibus absque ullo prorsus ad loca, classes, et vacationis tempus respectu, providebitur publico indicto concursu, servata norma a Sacro Concilio Tridentino præscripta, efformatisque per Ordinarios ternionibus ex concurrentibus approbatis, qui ad Majestatem suam deferentur, ut inter propositos nominare queat.*»

Porro: hæc praxis quamvis ibi Tridentinis legibus conformis enuntiari videatur, haud tamen in omnibus S. Synodi menti cohærere, ut jam innui, Archiepiscopo apparet. Recolitur enim in eadem Tridentina Synodo Sess. 24, cap. 18 præcipi: «*ut peracto examine renuntientur ab examineribus quotcumque ab ipsis*

*idonei judicati fuerint ætate; moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis. Examinatores, pergit Antistes, in casu nequeunt judicare de idoneitate concurrentium relate ad determinatam parochiam, quia nesciunt ad quam unusquisque adspiret, ex pluribus vacantibus, et judicium debet ferri antequam Episcopus efformet terniones; Episcopus autem non potest includere in tertionibus quoscumque voluerit, sed quos magis idoneos judicaverit inter eos, qui post approbationem obtentam determinatis et sibi benevisis parochiis subscripserint.» Ut igitur Archiepiscopus in tam gravi negotio tuto valeat procedere, authenticam interpretationem exposcere opportunum ducit, atque dubium proponere: «An ad implendam præscriptionem Tridentini sufficiat illa examinatorum approbatio indeterminata superius descripta, nempe ad aliquam ex parochiis vacantibus vel vocaturis.»*

Itaque in primis animadverti posset approbationem illam indeterminatam pro cujuslibet parœciæ etiam futura vacatione, tam in litteram, quam in spiritum Tridentinæ legis impingeres. Sane sive verba Synodi *loc. cit.*, sive posteriores Romanorum Pontificum Constitutiones, nempe S. Pii V. *In Conferendis* 18 Martii 1567, Clementis XI 10 Januarii 1721, et Benedicti XIV *Cum illud* 14 Decembris 1742, expendantur, aperte colligitur in parœciarum provisionibus semper determinatam, scilicet ad vacantem ecclesiam, examinatorum approbationem requiri. Et re quidem vera: S. Tridentina Synodus non modo, ut etiam Compostellanus Archiepiscopus innuebat, exigit ut peracto examine renunciatur quotcumque idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis, sed jam antea præscripserat Episcopis ut statim, habita notitia vacationis ecclesiæ, idoneum vicarium constituerent, et solum postea procedere ad concursum deberent. Ita pariter S. Pius V in *cit. Const.* statuabet «*occurrente vacatione parochialis ecclesiæ, episcopus habita notitia vacationis ipsius procedat ad concursum*». Quæ prorsus etiam occurrunt apud Bened. XIV in *cit. Const.*

Sed præterea et spiritus legis, qui tamquam anima totius ca-

nonicæ dispositiones habendus est, his accedere videtur. Si-  
quidem idcirco concursus præscribitur, quia «*expedit maxime  
animarum saluti a dignis atque idoneis parochis gubernari*»  
*Trid. loc. cit.* Porro, hujusmodi finem, qui per approbationem  
ad determinatam ecclesiam apprime obtinetur, plerumque vigens  
in Hispania praxis frustraretur. Contingere enim optime posset  
ut, qui idoneus judicaretur ad aliquam in genere regendam paro-  
chiam, talis haud tamen sit relate ad illam cui reipsa provi-  
dendum est. Quam Tridentini mentem insuper et mos fere om-  
nium diœcesium explicavit, eumque legitimum esse S. V. O.  
constanter tenuit.

Quoad vero Concordati legem observari posset, eam unde-  
quaque claram in supposito articulo minime apparere, cum priora  
verba ad reservationes et affectiones, potius quam ad modum  
terniones efformandi forsitan referri possent. Nec, uti vulgatum  
est, observantia opportune invocaretur, sive quia de Tridentina  
lege agitur, sive etiam quia ex iis esset, quæ ab Innocentio III  
in *cap. 5 et 7 de Consuet.* reprobantur.

Nihilominus ex adverso perpendendum est, quod licet praxis  
in Hispania inolita Tridentinis sanctionibus adamussim confor-  
mis haud videatur, attamen rationum momenta non deficiunt  
quibus illa cohonestari valeat.

Præmittendum est idem et in aliis regionibus in more posi-  
tum esse, ac præsertim in Germania, quin tamen aliquis hanc  
agendi rationem ceu juri contrariam, quod sciam, improbaverit.  
Audiatur sane De Angelis *Prælect. Jur. Can. lib. 3, tit. 5, n.  
22, l. c. In Germania non applicatur lex concursus qualibet vice  
qua beneficium parochiale est vacans: ei tamen obtemperatur per  
concursus generales, semestrales et annuales, in quibus renun-  
ciantur quotquot idonei sunt ad curam animarum.... Hic modus  
obtemperandi legi concursus fundamentum habet in ultimis ver-  
bis cap, 18, sess. 24 Concilii Trident.—ibi—Licebit etiam Syno-  
do Provinciali, si quæ in supra dictis circa examinationis for-  
mam addenda remittendave esse censuerit, providere.»*

Si igitur praxis in themate introduci valuit in Germania per  
Synodos Provinciales, quin legi Tridentinæ vulnus inferretur,

eo magis inolescere potuisse dicendum est in Hispania per Concordati legem. Concordatum enim ex Summi Pontificis auctoritate legem exhibere observatu dignissimam nemo est qui ambigat, idque valere etiam in casu, quo illa deroget juri communi, a fortiori autem id tenendum esse patet, si illi non deroget, sed tantummodo explicet, ut in casu de quo agitur contingere videtur.

Concordatum porro initum anno 1851 Pium IX f. r. inter et Hispaniarum Reginam hanc praxim præscribere ex allato articulo 26 satis eruitur. Etenim ibi cavetur parœciarum provisiones fieri quidem debere publico indicto concursu et servata norma Synodi Tridentinæ, verum hæc peragenda esse «absque ullo prorsus ab loca, classes et vacationis tempus respectu». Quæ licet undequaue perspecta non essent, suffragari et observantia posset, si non tamquam novam legem inducens, saltem uti præfati articuli interpretativa.

Tandem ad argumentum ab Archiepiscopo allegatum, scilicet, non posse examinatores judicare de idoneitate relativa examinandorum ad determinatam parœciam, reponi posse videretur; primum, ejusdem pondus haud tale esse quod valeat legem Concordati infringere; secundo, ab Archiepiscopo defectum illum suppleri posse, habendo, in ternionibus coficiendis, respectum ad idoneitatem cujusque relate ad peculiarem ecclesiam.

Die 5 Martii 1892 Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit rescribendum: *Juxta exposita Archiepiscopus acquiescat.*—A  
CARD. EPISC. SABIN. *Præfectus.* L. SALVATI, *Secretarius,*

---



## Resolución de la Sagrada Congregación del Concilio acerca de las oposiciones á Curatos

### CATACEN.

#### *Postulatum circa concursus ad Parœcias.*

«Die 3 Martii 1877=Inter cæteras Tridentini Concilii dispositiones, quibus antiqua disciplina mutata est gravissima procul dubio illa existit, qua sancitum fuit, ut pro vacantium parochiarum provisionibus instituit deberet concursus atque examen, et digniori inter eos, qui idonei reperti forent, parochia conferretur, cap. 18; sess. 24 *De Refor.* Hanc autem constitutionem magis determinarunt S. Pius V et Innocentius XI, quibus postea accessit Clementis XI decretum per hunc S. Ordinem latum die 10 Januarii 1721, «eum in finem quia cum neque Concilii decreto, neque Pontificis Bulla examinis in concursu peragendi »forma seu methodus ulla certa ac peculiaris servanda proponatur, difficile dictu est cuanta examinum aliorum alibi diversitas extiterit, atque hinc occasio querelarum.» Verumtamen neque per ea quæ in citato decreto statuta fuerunt satis consultum huic negotio visum est, siquidem á Benedicto XIV determinandæ in conferendis per concursum parochiis formæ ultima fuit manus apposita, idque præstitit in Constitutione *Cum illud*: ubi postquam ostendit statutam normam concursus aliquo indigere complemento et moderamine, universam hanc rem auctoritate apostolica ordinat, et servandam præscribit. Post hæc omnia quæstionibus et dubiis hac super revaledictum fore videbatur, Novæ ast vero in dies petitiones ad hunc S. Ordinem ab locorum Ordinariis porrectæ contrarium evincunt, et hujusmodi veritatis confirmationem sequens præbet postulati expositio,

»Reverendissimus episcopus Catacensis in trasmittenda ad hanc S. C. relatione estatus suæ Ecclesiæ, hæc definienda proponit:

»I. An possit fieri concursus pro parochiali ecclesia. asequenda, si edictum ad valvas ejusdem ecclesiae affixum ante diem decimum jugis affixionis, fuerit quoquo modo avulsum ac perditum, verum abeat alius edicti ejusdem exemplar, quod ad valvas cathedralis ecclesiae per decem continuos dies affixum fuit?

»II. At quoniam in hanc materiam ingressus sum, plura nunc mihi veniunt in mentem ab Eminentissimis Vestris postulanda, eo quod non una eademque servetur praxis habendi ac discutiendi concursum in curiis episcopalibus; enim vero suffragiorum numeros alibi major est, alibi minor, videlicet hic duodeviginti, illic centum, quod nil aut parum refert, tanti enim valet unum ex decem, quanti decem ex centum, immo saepe multitudo suffragiorum facilitatem praebet notandi non modo rectitudinem responsionis, verum et illius eruditionem per auctoritates allatas vel S. Scripturae, aut SS. PP. aut per propositiones ab Ecclesia damnatas, etc. Sed multum interest cui nam dicta suffragiorum puncta tribuere queat; sunt enim curiae in quibus puncta praedicta sunt 120, quorum 60 accipit Episcopus, et cui vult tribuit, et alia 60 examinatores dividunt inter se, viginti scilicet pro unoquoque. In aliis curiis, ut in hanc, Episcopus nullum sibi punctum reservat, sed dumtaxat paritatem, vel singularitatem dirimit juxta Tridentinum. Verum nec uniformiter paritas haec aut singularitas intelligitur. Quidam sentiunt paritatem esse si duo examinati aequalem suffragiorum ad probationis numerum tulerint, tunc Episcopus paritatem dirimit, eligendo quem maluerit, aut si quis medietatem tulerit suffragiorum Episcopus dirimit paritatem accedendo ad probatione aut reprobatione. Et similiter si examinatores sunt quatuor, et duo consentiunt pro adprobatione vel reprobatione, vel pro dato numero punctorum, alii vero duo dissentiunt, Episcopus dirimit,

»Sic pariter de singularitate opinatur diversimode.

»III. Quae electionem vero inter approbatos ab Episcopo faciendam dissimilis etiam curiarum est praxis. Alibi sufficit aliquem esse adprobatum, licet minori suffragiorum numero quam alios, ut valeat illum Episcopus eligere, nisi quem major suf-

fragiorum numerus digniorem demonstrat, quia digniorem eligere debet, unde hujusmodi electio non est libera in Episcopo, sed pendet a suffragiis examinatorum.

»Et ita de aliis difformitatibus, ne nimium vos fastidiam, Emi. ac Rmi. Patres dicendum esset. Hinc normam authenticam ab ista S. Congregatione sancendam et in praxi ab omnibus servandam crederem opportunam, si ita vobis quoque videbitur, vel saltem me omnium imperitissimum edocere velitis».

Hisce perlectis rescripsi: *per Summaria precum*. Hodie itaque disceptanda a vobis duxi quæstiunculam. At quoniam eam dirimere videtur Garcias, *De benef.*, par. 9, núm. 38, et seqq., ubi refer declarationem Synodi Toletanæ ad Constitutionem Pii V. *In conferendis* a S. C. Congregatione adprobatam anno 1577 hinc operæ pretium existimavi eadem verba præfati auctoris referre, ut tuto pede incedere valeatis. Garcias itaque *De beneficiis*, par. 9, numerus 38 et seqq., hæc habet:

»Quamvis Zerola in *Praxi Episcopali* I par., verbo *Parochia*, par. 2, 2 dub., et Cechus, *De repub. eccl.*, cap. 28, de paroch., num. 6 dicant edictum esse necessarium ex dicta Bulla Pii V et declaratione S. Congregationis dicentibus collationem parochialem factam sine examini per concursum esse nullam, tamen falluntur: nam edictum non est præcise necessarium ad concursum, qui sine edicto fieri potest, ut in dicto decreto Concilii. In quo etiam novissime fallitur Joan. Franciscus Leo, *In Teshaur. for. eccl.*, cap. 18, num. 28. Terminus edicti currit ex quo tam in valvis Ecclesiæ cathedralisquam Ecclesiæ beneficii præfixum est expectandum erit quod labatur terminus ex quo ultimo præfixum est. Nec est necessarium quod edictum stet, affixum per illorum viginti dierum spatium, sed est arbitrium quanto tempori debeat manere affixum Zerola, *Prax. Episcop.* par. 2, 2 dub. Tocin., de cit., art. 23; q. 10, Rebuff. ad ll. Call, trac. de citat., in præf. 102 et novissime Cevall., q. 998, num. 36, dicens quod edictum debet manere affixum per aliquod tempus, etc.

»Et sufficit quod nuntius vel notarius referat quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore stetit, ad

Bar. in extravag. *Ad reprimendum*, verbo *publice*: Soc. et Rebuff, supra Maran., 6 par., memb. 1 de citat., num. 96: et ita practicatur. Et illa verba decreti Concilii Compostellani per viginti dies ut minimum prefigatur, designant terminum edicti, non tempus affixionis: quamvis Cechus d. num. 6 circa fin. dicat quod edictum debet stare affixum per totum tempus illius..., Et quamvis Zerola, d. 1 dub. dicat quod edictum ipsum prius debeat legi publice et postea affigi, ex Bart. et Maran. supra fuschus, *De Visit.* lib. 2, cap. 5, num. 1 ad fin., tamen id etiam non est necessarium, nec servatur, sed sufficit quod affigatur et Fuschus ibi cit. ait quod non in omnibus servatur.....

«Apparet ex dicta declaratione Toletana, part. 5, examen ad parochiales vacantes debere fieri cum examinatore saltem tribus, quod patet ex ipso Concilio, cap. 18: «Ibi: *Non paucioribus quam tribus*,» et notat Petrus Ledesma, 2 p., *Suum trac.* 7, cap. 1. 7 conc. circa 13 diff., et Nunc. Ant. Genuens, in *prax.*, cap. 66, in adnot., num. 17: «Circa quod S. Congreg. Concilii »declaravit quod non statuit præcise ut examinatores sint tres, »sed quod non possint adesse pauciores tribus, ita, quod si tres »sunt tantum examinatores, vota non possint esse paria, sed singularia, quando singuli singulos approbant. Declaravit etiam, »quod satisfactum fuerit huic decreto si tertius examinatus »minaverit et sit præsens in approbatione, licet votum suum »non explicabit....» Apparet ex dicta declaratione Toletana, par. 5, quod si vota examinerum paria aut singularia fuerint, accedere potest Episcopus seu vicarius, quibus magis ei videbitur, ut patet ex ipso Concilio, versu *Transacto*. Nam, ut censuit S. Congregatio, Episcopus tantum vel ejus vicarius habet votum decisivum in hoc casu.

»Et ita Flaminius Parisius (*De rebenef.*, lib. 8, q. 9, numerus 105 y 106), ait per S. Congregationem fuisse resolutum examen esse faciendum coram Episcopo vel ejus vicario, absque ipsorum voto decisivo, et tantum eos posse accedere ubi vota sunt paria, vel singularia, quod etiam ait Cechus d. num. ei 7, et Gratianus, decis. 96, num. 18 Sbroz., *De Tic. Episcopi*, lib.

2, q. 211 num. 8, et in addit ibi Ugol, *De off. Epist.*, cap. 50, par. 3, num. 1, et par 12, num. 3.

»Accedit etiam alia declaratio S. Congregationis, quæ sic ait: An si, existentibus quatuor examinadoribus, singuli examinati dimidium tantum suffragiorum reportarunt, ex non approbatis Episcopus aliquem possit facere approbatum? Congregatio censuit: *Posse*. Quæ accessio Episcopi seu vicarii debere fieri in ipso examine, seu coram ipsis examinadoribus simul congregatis, et non separatim: nam approbatio et reprobatio eorum qui examinantur non potest fieri separatim, sed examinadoribus simul cum ordinario congregatis ut in dicto verbo *Transacto*, et in vers. sep. *Adveniente*. Quamvis electio ex approbatis faciendâ ab Episcopo ex ver. *Peracto deinde examine* possit ad eo fieri et post facto et separatim, cum ad ipsum solum spectet uti diximus infra v. 13 apparet.

»Illud autem quod dicitur de votis singularibus quod Episcopus seu Vicarios possit accedere quibus magis videbitur, non procedit quando singuli examinadores approbent unum quem alii reprobant; nam tunc revera non sunt vota singularia, ut in sequenti declaratione S. Congregationis:

»I. Utrum stantibus verbis Concilii, ibi *quorum votis si pares aut singularis fuerint*, et si ex tribus examinadoribus quilibet eorum approbaverit, et alii approbatur ab altero reprobaverint, accedente Episcopo uni vincat alios duos reprobantes, ex quo sunt numero pares probantium et reprobantium? Congregatio respondit: «Non vincere, et neminem istorum videri approbatum.»

»II. Item, an idem dicendum sit quando sunt quinque examinadores et quilibet eorum approbat unum ex examinatis, et cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero, Episcopo uni illorum accedente ex quo vota sunt singularia, an iste cui accedit Episcopus sit præferendus et sic unus ex examinadoribus cum episcopo vincat alios quatuor reprobantes? Idem respondit S. Congregatio.

»III. Similiter si unus tantum compareret ad se examinandum coram tribus examinadoribus uno illorum approbante, cæteris reprobantibus, an illis possit accedere Episcopus? S. C.: «Non

posse et examinatum dici reprobatum.» Et ita est accipiendum quod tradi Genuen. d. cap. 66, n. 4, et in annot. n. 18.

»Sed juxta hoc succedit difficultas quando dicantur vota singularia ut Episcopus possit accedere quibus magis videbitur supposito quod examinatores debeant esse tres ad minus, ut dictum est. Respondetur quod cum ex tribus examinadoribus unus approbat unum quem alter reprobat, tunc dicentur vota singularia, ut Episcopus possit accedere quibus magis videbitur et ita procedit quod ait Ugol., d. c. 50 par. 12, n. 3, quod singulares sunt quando quisque examinador unum approbaverit, et idcirco singuli singulos. Unde videtur falsum quod ait Petrus Ledesma supra, quod si tres examinadores fuerint divisi in suis votis, potest Episcopus vel vicarius accedere cui voluerit et si duo fuerint pro una parte, et alius pro alia, potest etiam Episcopus vel vicarius accedere parti cui voluerit, quod est omnino falsum: nam si duo sunt pro una parte et unus pro alia, non sunt pares singulares, etc.

»Apparet et ex d. par. quod ex approbatis et renuntiatis per examinadores solus Episcopus vel vicarius et non ipsi examinadores debent eligere magis idoneum ut in declarat. Abolen. supra cit. n. 104 et in alia declarat. supra d. cap. 18 quæ sic ait: «Non spectare ad examinadores sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum.»

»Unde ex approbatis Episcopus suo iudicio et non ex votorum calculo, numero et collectione potest eligere et debet eum, qui sibi magis idoneos videatur, ut alias censuit S. Congregatio super dictum, cap. 18, his verbis: singuli examinadores possunt et debent dare vota super qualitate cujuslibet examinatis ex forma vers. *Transacto*. Et Episcopus non ex collectione horum votorum debet eligere, sed ex versu *Peracto*, examinadores debent solum renuntiare duos vel tres, verbi gratia examinatos indoneos, deinde Episcopus absque votorum calculo, sed suo iudicio debet eligere digniorem. Alia. An si pluribus examinatis aliquis ultra dimidium vocum fuerint consecuti et sic approbati, et unus omnia suffragia prospera reportavit. Episcopus facta per examinadores relatione possit postposito illo, in

quem omnia suffragio confluerunt, alium ex eis eligere, qui ultra dimidiam partem vocum habuerint, cum omnes approbati dicantur? Respondit Congregatio: *Posse*. (Tradit Genuem, n p raxi, cap. 66, in annot., num. 108, et i eo d. cap. 18, num. 32.) Et sic procedit sequens declaratio S. Congregationis: Approbantibus licet examinadoribus aliquem tanquam magis idoneum in scientia cujus tamen moris ignorantur, et habentibus alium non tan doctum, sed ad eis cognitum et approbatum in moribus, hic ultimus est præferendus. Cui consonat alia quæ sic, ait: Præferendus es minus doctus, modo doneus, quando ejus mores sunt noti et approbati, doctiori cujus vita ignoratur, etc.

»Plures alias adducit declarationes in hanc rem Garcias, loc. cit. Haec tamen sufficere videntur ad propositas quæstiones.

Videant itaque EE. PP. quid in themate respondendum sit:

»Quare, etc.

»Sacra Congregatio rescribendum censuit:

»Ad I. *Affirmative*.

»Ad II. *Praxim curiæ Catacen. prout proponitur servari posse.*

»Ad III. *Episcopum non teneri ad eligendum tanquam digniorem quem examinadores majore suffragiorum numero approbarunt.*

«Die 3 Martii 1877.»

---

*Resolución de la Sagrada Congregación de Ritos sobre el uso de ornamentos de color azul en las festividades de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen María.*

## PALENTINA

*Sacrarum Cœremoniarum Magister Diœceseos Palentinae insequentium Dubiorum declarationem a S. Rituum Congregatione humillime expostulavit, nimirum:*

Dubium I. Semel concesso pro universa Diœcesi privilegio utendi colore cœruleo in omnibus ecclesiis tam in Festo et per

Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V. quam in cunctis Sabbatis, quibus fit ejus officium votivum, vel quoties dicitur ejusdem Missa votiva, potestne ad libitum adhiberi color albus vel cœruleus?

R. Ad. I. Negative, sed utendum colore cœruleo.

Atque ita (S. R. C.) declaravit et rescripsit.

Die 12 Februarii 1884.

---

## ANUNCIOS.

---

### TRATADO

# TEÓRICO-PRÁCTICO

DE COMPOSICIÓN LATINA

por

**DON PEDRO CARRO RODRÍGUEZ,**

LICENCIADO EN FILOSOFÍA Y LETRAS

Y CATEDRÁTICO DEL SEMINARIO DE ASTORGA.

---

Acerca de este opúsculo emitió el siguiente juicio la conocida *Revista Popular*:

«Es para nosotros la primera obra en su género y de un carácter eminentemente práctico que no se escapará á la observación de cuantos hayan debido ocuparse en la difícil enseñanza del latín. El digno Prelado de aquella diócesis la ha adoptado por texto en sus aulas, y creemos lo será muy en breve en algunas más.»

---

## GRAN DICCIONARIO DE CIENCIAS ECLESIASTICAS

---

Consta de diez tomos casi fóleo y se vende en la Imprenta de este *Boletín* en **115** ptas. pagando **al contado**, ó sean **15** pesetas más barato que en Barcelona. También se vende á pagar en diez plazos mensuales de 13 pesetas cada uno.

---

Astorga:—Imp. y lib. de la Viuda é Hijos de López, Rua 5 y 7.